

THESES,

QUAS,

STIPENDIARIORUM AD ACADEMIAM
IMPERIALEM ABOENSEM

EXERCITATIONI INSERVITURAS,

PUBLICE PROPONIT

MAG. JOHANNES GADOLIN,
CHEMIE PROFESSOR P. ET O. COLLEGII IMP. MED. ASSESSOR, EQUES
ORD. IMP. DE S: T WOLODIM. IN IV:TA CLASSE, ATQUE STIPEN-
DIARIORUM H. A. INSPECTOR,

Respondente

CLAUDIO ALBERTO TULINDBERG,
STIPENDARIO PUBLICO, OSTROBOTNIENSE.

In Auditorio Philosophico die V Februarii MDCCCXX,
horis 3. m. solitis.

A B O Æ, Typis FRENCKELLIANIS.



Thes. I.

Inter commoda e studio scientiarum naturalium derivanda haud ultimum erit, quod discamus præclusam nobis semper futuram esse ad arcana naturæ viam. Cum varias rerum, varieque mutatas obseruare liceat formas, penetralia earum semper incognita manebunt. Propterea & antiqua & hodierna historia scientiæ crescentis theorias exhibet & reputaciones, ex analogia observationum apparente deductas, commutatas iterumque resuscitatas.

Thes. II.

Scientiis philosophicis tum primum jure adnumerata fuit Chemia, cum leges affinitatum chemicarum cognoscere & investigare stuperent ejus cultores. At per seculum, a quo initium cepit doctrina, quamvis egregie increverit, vix aliam attigit summam, nisi quod etiamnum constet, effici per affinitates, ut ex pluribus substantiis heterogeneis nascatur homogenea. Quousque in hac adhuc lateant vires illis insitæ, experientia quondam revelabit. At sine dubio nunquam erit mortalibus concessum perspicere, quales sint sine corporibus vires, vel an existant sine viribus substrata corporea.

Thes. III.

Non dubitamus iis assentire, qui asserant homogeneam in initio mundi fuisse materiam orbis nostri, sive ubique ex particulis simillimis conflatam; deindeque successu emporis obortam fuisse infinitam substantiarum diversitatem, & per divisionem

fionem virium materie innatarum, & ex superadditis cœlitus viribus, quæ impulsibus suis vel adjunctionibus novas produxerint affectiones.

Theſ. IV.

Quamvis homogenea nobis multa esse videantur corpora, ad fidem tamen valde pronum est, diversi generis ubivis sibi vicinas adjacere partes, quæ nonnisi vi diversitatis suæ notio nem attributarum in animis nostris imprimant, atque omnem evanescere imaginem rei vere homogeneæ.

Theſ. V.

Cum radiatio calorici & luminis, ut & velocissimus electricitatum motus evidenter differant a phænomenis materialium, neque fas erit, causas illorum ut materiales considerare; propterea cum iis consentimus, qui illa, *substan*tias *imponderabiles* vulgo nominata, rectius *vires naturales* appellari velint.

Theſ. VI.

Caloricum aut frigus sensibile sub mutationibus corporum prodiens non semper ortum suum ducere ex mutata capacitate, sive calore corporum specifico diminuto vel aucto, sed sœpius quasi ex integro produci caloris vim, quæ antea non adfuerat, vel destrui quæ latuerat, evincere videntur plurima affinitatum chemicarum phænomena. Sic efficitur non raro vehementia ignis ex elementis calorici & luminis, quæ sub aliis formis in pabulo ignis delituerant,

Theſ. VII.

Regularitas formæ corporum crystallinorum vix concipi potest obtineri ex constanti singulorum atomorum figura, nisi simul ponatur, hos esse polaritate quadam laterum affectos, ad cuius normam unusquisque, respectu vicini determinatam eliget positionem.

Theſ. VIII.

Theſ. VIII.

Constitutio ſalium, quod plerumque ex tribus elementis
tormata ſint, ſelicet acido, baſi, & aqua, arguere videtur
tres vires ſimul activas pronitatem efficere illorum ad ample-
tudinam formam crystallinam. Inde neque probabilitate ca-
rebit opinio, quod in quoque alio corpore ad crystallifi-
cationem apto ſimiles agant vires. Sic in latice aquae due
electricitates loca partium conſtituivarum tenere videntur.

Theſ. IX.

Recentiora experimenta ſatis ſuperque oſtenderunt, partes,
quas conſtitutivas appellant, corporum compositorum, ſæpius
non ſimpliciter e ſocietate mutua extricari, ſed vi menſtruorum
adhibitorum produci, vel per novas conjuſtiones ita
mutari, ut nudatae prorsus diſferant a veris compositi parti-
bus. Luculenta rei exempla obtulerunt varie aquarum ana-
lyſes, ſimultaneam indicantes praefentiam partium una ſoluta-
rum, quæ, falvis affinitatum legibus, conſociatæ exiſtere non
poſſunt.

Theſ. X.

Quam inter acida corporum organicorum & anorganicorum
ponere ſolent chemici diſferentiam, quod illa habeant
radicalia magis composita, hæc vero ſimpliciora, non magni
eſte videtur momenti, quum recentius detectum ſit, etiam an-
organica acida varie inter ſe nupta, diversimode affecta obti-
nere radicalia, & novas ſiſtere acidorum ſpecies.
